

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute & fide praestanti, M.N.N. amico & fratri
suo charissimo, Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Ecclesia, & manifestum sit sine ope diuina nõ posse doctrinæ lucē retineri: hac me spe suscitato, quod nunc cū destituitur Ecclesia omnibus humanis auxilijs, Deus præsentiam suam ostendit mirandis liberationibus: quod ut nunc faciat, toto cum peccatore oro. De refutatione Synodi ualde prodesset nos amanter colloqui. Bene uale. Die 29 Martij, 1547. Seruestæ.

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute, & fide præstanti, M. N. N. amico & fratri suo charissimo, Philippus Melancthon S. D.

Ebur.

Vi initium fuit Ecclesie Dei de semine salutari edito post Adæ lapsum: ita ob quatuordecim annuum orditur nobis tempus, quo semen illud salutare ex uirgine natum, & nobis exhibitum est: quod quidem oro ut faciat, ut hic ueniens annus tranquillus sit, & Ecclesie & eius hospitij & nobis sanctus & felix. Sed magnū bellum paratur, quod nisi caput serpentis conculcabitur à semine salutari filio Dei, magnam uastitatem faciet in tota Germania, quæ sola in terris retinet mediocre decus doctrinæ & disciplinæ. Itaque magno in dolore sum, quem in hac solitudine minus etiam ferre possam. Georgius uocatur Norimbergam, & datur Hieronymo Besoldo stipendium. Ibi etiam collectæ sunt aliquæ nostræ schedæ reliquæ. Aliquot enim pauperibus

peribus scholasticis nostris hospitium & uictus datur in xenodochio. Et Vitus enarrat Esalam. Ita cōfugient literæ in urbes honestas, desertis regionibus, qui perniciosis tumultibus & Ecclesias concuñunt, & sua fastigia euertunt. Scriptum Menij absolui: addidi etiam *ωγολεγόμενα* nescio qualia. Quid enim hoc tempore scribi potest, cum non tantum supplicia nobis metuēda sunt, ut olim Timæus ab Agathocle in crucem actus dicitur, & pulsus in exilium Theopōpus. Sed hoc quoq; formidandum, ne irritati scriptis, uel incensi Principes magis in Rempublicam sc̄uiant. Scis quā sepe doluerim incendi cos ab ijs, quos oportuerat frenum iniicere eorum cupiditatibus. Pagellas adferet meus cursor, dandas typographo. Bene uale. In ferijs natalitij, 1547.

Illud quoq; adscribendum esse duxi, quod petiturus eras, ne ligna in ædibus meis absument milites: ne petito, sine ut lignorum usu frigus arceant, & cibos coquant. Frumentum & uinum tibi commendo, quibus te & socerum uti uolo.

Reuerendo D. Pastori, & Crucigero, & collegis salutem opto.

Clarissimo uiro, et uirtute præstanti, D. N. N. amico & fratri suo, &c. Phil. Mel. S. D.

Hunc Pancratium Bauarum, honestum & do-

4 E. 1199

Clar.
II, 125.